esse suum probaverit: ita de utroque jure l. 20. pr. cum
seq. ff. b. t. c. 1. 2. b. t. eti postea appareat jus ad
ficiandi fuisse; quia interdictum prætorium temerario
adificatori hanc penam salubriter statuit, ne in prae
dictionum allorum nova opera fiant; nisi fortan eo q
P. Remigii a S. Eremito. Pars Ia

7. Q. V. In quibus casibus locum non habeat nunci
ciatio novi operis? R. seqq. 1. Si jus adificandi sit no
torium, l. 20. pr. ff. b. t. quo casu non est necessaria au
toritas pretiosus, & nunciatio ex parte nunciantis
notoria inusta. 2. Si judex revocet nunciacionem, e
stipule que jure remissione faciat l. 16. ff. b. t. ex qualcumque
justa causa; maxime si nunciatus intra trimetrum non
probet jus suum, c. 3. & fin. b. t. l. 20. §. 14. ff. & l.
un. C. eod. 3. Si nunciatus adificandi remittat nunciatio
nem, vel cautionem accepte de opere destruendo, si
deinde confiterit non adesse ius adificandi c. 2. 3. b. t.
l. 8. §. 4. & l. 20. §. 9. ff. eod. vel si nunciatus nolit ju
rage de calunnia, quia praefunitur calumnioso nunci
ante, l. 5. §. 14. 4. ff. 4. Si nunciatus, re integra, moria
tur, l. 8. §. 6. eod. quia nunciatio ex parte nunciantis
est mere personalis, neque transit ad heredes, nisi &
horum nomine fuisse, nunciatum. At contra nunciatio
mortis ejus, cui nunciatum est, non extinguitur, c.
l. 8. §. fin. quia hoc respectu realis est, & manatoria ad
heredes l. 10. ff. b. t. immo etiam ad successores particu
lares, ut empore l. fin. eod. Ceterum regulariter lo
quendo, si jus alienum non obliter, quilibet in suo fun
do adificare potest quodlibet, l. 8. C. de servit. nau
juxta com. brocardon: Si dominus mea est, est me
usque ad calum fuisse, & usque ad infernum de
stitutus. Plura alia de adificatione traduntur a Civilis
ad §. 29. & 30. Infis. de rer. divisi.

TITULUS XXXIII.

De Privilegiis, & Excessibus Privilegiatorum.

Agitur de hac materia in Sexto, Clem. & Extrav.
Joann. XXII. & Extrav. com. b. t. In Decreto 25. q.
2. In Trid. Seq. 6. c. 3. Seq. 7. c. 14. Seq. 14. c. 5.
8. Seq. 24. c. 11. de reform. & alibi frequenter, ubi
privilegia multa revocantur. In Pandecta l. 14. 15.
16. ff. de LL. & l. 1. §. fin. ff. de Conf. Prince.
1. Prima pars hujus rubricæ hic incidenter ponitur:
aliquis tractatio de privilegiis, tandem pratis legis
magis proprie spectare ad tit. de Conf. sic fit in ju
ris civili. Altera vero pars de excessibus privilegiatorum
huc proprie spectat, cum excedere in privilegiis
delictum sit. Agam hic 1. De privilegiis in communis.
2. De quibusdam privilegiis in specie. 3. De excess
bus privilegiatorum.

§. I.

De Privilegiis in communis.

Hic considerati solet natura, divisio causa, effectus,
ammissio, & revocatio privilegiis.
2. Q. I. Quid sit privilegium? R. Quod nomen
est lex privata Can. 3. d. 3. quoad rem privilegium
formulari est juri singulare contra tenorem juris comm
unis ob aliquam utilitatem a principe conceatum: ita in
re com. ex l. 16. ff. de LL. Dicitur 1. Jus per modum generis,
in quo convenit cum lege, cum ad instar legis obliget.

P. 3. Dicitur

Dicimus 1. Singulare, quia datur uni, vel alteri persona singulari, aut communicati minori, tanquam persona singulari facta, licet ex consequenti oblige rationem communitatē principi subjiciat, ne privilegatum in ufo privilegii impedit. *Dicimus 2. contra iurarem juri communis*; quia privilegium, se ferre priuata, debet esse contrarium iuri communis, ut aferat ICor 6. 14. & seq. ff. de LL. Unde id, quod conceditur, praeferit, aut iuxta ius commune, non est in rigore privilegii, sed potius *gratia, beneficium, aut declaratio principis*; licet in communis ufo frequenter dicatur privilegium, quem usum non damno; quia de vobis non libenter contendit. *Dicimus 4. ob aliquam utilitatem*; quia ex hoc, quod quibusdam perlitis concedenda, exceptio a quibusdam legibus, & ocribris communibus, magna utilitas, & epulumentum reipubl. sequi solet; ut consideranti patet in privilegiis pupillorum, minorum, clericorum militum &c. *Dicimus 5.* a principe, seu suprema potestate, que sola derogare potest iuri communis. Ita proportionaliter discurrendum de privilegiis, quae inferior conditor dat contra ius suum territoriali. Præter pluribus aliis modis accipi potest privilegium; pura *instrumentaliter* pro ipsa scriptura, consecutiva pro facultate, quam privilegatus accipit; formaliter vero pro ipsa iure singulari a principe contulit.

3. Q. II. Quomodo dividatur privilegium? R. 1. In affirmativo, quo conceditur actus alias iure prohibitus; ut eligere in aliena Ecclesia; & negativo, quo conceditur omisitus actus iure pracepti; ut non solvere decimas. 2. In *mere gratiosum*, quod datur ex pura benevolencia principis; cum & ista sit causa sufficiens ad dandum privilegium, licet ordinaria alia causa concurat; & remuneratorium, quod datum ob merita personarum; sicut pleraque privilegia Regularium. 3. In *favorabile*, & *odiosum*, in quibus explicantur variantes DD. In meliori sententia illud est privilegium *favorabile*, quod primario & per se conceditur in favorem personæ, licet per accidentem oculum, seu prejudicium alterius contineat; sicut privilegium *atatis*, SCti Vellejanii &c. *Odissum* est illud, quod per se, & principalius in oculum, & detractione alterius conceditur; sicut privilegium SCti Macedoniani in oculum faeneratorum, quartæ plane in oculum iuvenis exheredantium, vel emancipantium arrogatos impuberes, privilegium retrahendi libertum ingratum in servitium, vel revocandi donationem ob ingratiitudinem donatarii &c. Factor tamen in communis ufo sepe vocari privilegia *odiosum*, quæ adverterunt iuri communis, aut tertii, seu gravamen, & prejudicium alterius contineat; ut privilegium decimandi, ponificia exercendi in alia dictæ &c. 3. In *onerosum*, seu *convenientiam*, quod mediante acto datum ex iustitia; & *purum*, seu non *onerosum*, quod sine ullo pacto, & titulo iustitia datur. 4. In *perpetuum*, quod de se perpetuo durat; sicut lex, nisi revocetur; & *temporale*, quod durat ad tempus limitatum; & hoc non videat differre a dispensatione. 6. In *concessione manu proprio*; & *ad instantiam suppliante*. Tunc privilegium conceditur *manu proprio*, dum clausula ista *manu proprio* exprimitur; seu causa finalis concessionis; & conf. preces privilegiati vel nulla precesserant, vel si precesserant aliqua, tamen concedens non attendit eas, ut causam finalem concessionis. Tunc vero conceditur *ad instantiam*, seu *pres*, dum pro causa concessionis allegantur preses supplicantis. 7. In *absolucionem*, & *conditionem*, *ecclesiasticam*, & *politicanam*, *claustrum in corpore iuris communis*, & *extravagans*, & alia, quorum notitia ex vobis innotescit. 8. Privilegium celesti divisione dividitur in *personaliter*, & *reale*: licet aliqui, qui amant terminos capere, aut entia multiplicata sine necessitate, eam reciptione contra l. 196. ff. de R. ubi Modelsum ait: *privilegia quedam cause sunt, quedam persone*. *Personale est*, quod per se conceditur personæ independenter a causa, seu ratione rei, fundi, castri, dignitatis, officii, status, & communitatë: & hoc transtidit ad successores in eadem re, ciz. l. 196. ut privilegium eligendi annexum.

7. *Post.* *Causa finalis*, seu finis generalis privilegii est aliqua utilitas redundans in bonum reipubl. l. 6. ff. de LL finis vero partialis, seu causa motiva concessionis est illud morivum, quo princeps morus, concedit privilegium. Circa hanc causam eadem observantur,

xum dignitati, privilegium asyli, fori clericalis &c. Ex privilegiis realibus aliquo quoad usum competunt tantum *communicari, qua sali*; ut privilegium libera electionis &c, alia *singulis memoris*; ut privilegium fori clericalis, & multa privilegia Regularium.

4. *Q. III. Que sint causa privilegii?* R. 1. *Materia*, seu objectum privilegii proprie talis, est actus iure communis præceptus, aut prohibitus; ita ut reficiat prælegiū definat esse præceptus, aut prohibitus; nam privilegium est jus singulare contra tenorem rationis communis, l. 16. ff. de LL. *Can. sin.* §. 1. erga 25. q. 1. *Privilegia declaratoria iuri communis*, & privilegia præter ius non sunt in rigore privilegii, licet vulgo dicantur que sensu explicari solet c. 7. de proc. c. 26. 2. *fin. de iurej.* In dubio, an sit privilegium *declaratorium*, an *concessivum* contra ius com. censendum est concessivum, utpote proprie tale. Unde privilegium testandatum Episcopo intelligitur de testamento quo ad bona ecclesiastica, non patrimonialia &c. Illi autem actus, qui substanti juri naturali præceptivo, non sunt objectum privilegii humani; quia princeps non est supra ius naturale: unde nec privilegium dare potest contra pura justitia, quibus ipse obligatur, nisi caute gravissime fraudent, ut Papa de absoluâ sua potestate relaxaret aliqua pœna, etiam publica, quia semper a fidibus fiunt, falsa auctoritate Vicarii Christi.

5. *R. 2. Forma intrinseca privilegii*, sicut legis, est actus principis, ut legitime manifestus: forma vero extrinseca defumenda est ex stylo cuique Curia principalis; & si in scriptio detur, eadem proportionaliter est forma, qua in re scriptis. Ceterum ad valorem privilegii per se non requiri scriptura, c. 7. *institutio* 25. q. 2. & Clem. 2. v. nos eternis de sequit. ibi: *universa privilegia verbo, seu scriptio concepsit; & Extrav. 5. de pœnit. inter com. ibi: tam verbo, quam scriptis, confessis inde litteris, vel non, nam totus valor, sicut legis, ita & privilegii, pendet a voluntate principis; ergo sive scriptio, sive verbo, sive alio signo voluntas principis intinctus, valebit privilegium; nisi in causa particulari expressa scriptura requiratur; ut in collationibus, confirmationibus, & unionibus beneficiorum a Sede apostolica factis, Extrav. 1. de elect. in com. in delegationibus iudicium papalem ex reg. 24. *Cancell.* in facultatibus non residendi in beneficio, Trid. seq. 1. cap. 1. de refer. & ingrediendi monasteria monialium, seq. 25. c. 5. de Regg. &c. Hodie ex Conf. Urb. VIII. incip. *alias*, & Greg. XV. incip. *Romanus* privilegia apostolicæ non valent, saltem pro loco externo, nisi authentizata sint per officiales publicos, quibus id in Curia apostolica incumbit.*

6. *R. 3. Causa efficiens privilegii* est princeps; cum ita solet, relaxare possit ius communis: & quidem tribus modis. 1. *Personalis concessione*. 2. *Prescriptione*, aut *confuetudine rationabilis*, & legitima, qua nimirū generali, seu legali consensu principis, c. fin. *deconfut.* c. 18. *de prescripti*. 3. *Communicatione*, dum principis privilegium unius consensu deinde communicat, seu concedit alteri, vel relativa, seu *ad instar*, hoc est, in irecō accessorie; sicut multa privilegia viris regis, concessa comunicantur monialibus, illorum familiaribus, medicis, advocates &c, vel *absolute*, seu *pariformiter*, & *egre* *principaliter*, seu directe, ac si specialiter his concederentur: ita hos terminos sumi pater ex pluribus Bullis Pontificis, in specie ex Bulla Greg. XV. incip. *Adversus fructus*, ubi terminus *ad instar* opponitur termino *pariformiter*: sic enim §. 1. *communicans* Scholis Piiis privilegia Regularium, inquit: *pari modo, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & egre principaliter*, perinde ac si *illis nominatis*, & *in specie concessa* *suissent* &c. Ex quibus conciliabis P. Schmitz. & alios DD. qui terminos istos alteriter usurparunt, & subdividunt. Porro hoc interest inter privilegia *ad instar*, & *pariformiter concessa*, quod illa minuantur, & amittantur, si priora privilegia contingat minui, vel amitti; ista vero nec minuantur, nec amittantur, etiam priors contingat amitti, vel minui; quia illa, & non ista per se dependent per illos.

7. *Post.* *Causa finalis*, seu finis generalis privilegii est aliqua utilitas redundans in bonum reipubl. l. 6. ff. de LL finis vero partialis, seu causa motiva concessionis est illud morivum, quo princeps morus, concedit privilegium. Circa hanc causam eadem observantur,

que

que circa causam rescripti. Vide sit. de rescriptis a num. 5.

8. *R. 5. Subiectum*, cui privilegium stricte tale datur, debet esse subdatus: principis, iure communi obstrictus, faltem in transitu, sicut extermi, & peregrini; nam privilegium est liberatio ab obligatione juris communis. At privilegium late tale, acceptum pragatio, & beneficio, concedi potest etiam non subdito; cum sit actus meræ liberalitatis, & præter ius, sicut Theodosius Imp. concessit judicibus ecclesiasticis cognoscere causas temporales laicorum, Can. 35. *quicunque* 11. q. 1. Porro licet princeps absolute date possit privilegium independenter a consensu privilegiarii, reguliter tamen solet illud dare quasi conditionate, si *privilegiarii illud acceptaverint*, tum *non gratia principis* contumaciam: tum quia privilegium vim habet donationis, que non est absoluta, nisi acceptetur a donatario; & hoc intellige de privilegio directori: in ceteris enim nullus requiritur consensus; ut si aliqui communiter concedatur exemptione, potest absolvent &c. immo fine illius consensu, Papa motu proprio potest aliquam Religionem eximere a jurisdictione Ordinarii, a confusione processionalibus &c.

9. *Q. IV. Quis sit effectus privilegii?* R. 1. Ex parte privilegiarii est ius utendi privilegii secundum tenorem, & rectam interpretationem illius: ex parte vero aliorum est obligatio non impediendi utrum privilegii, c. 26. b. t. Debet autem in utra privilegii observari locus, tempus, modus, & alia conditions in privilegio expressa: si autem locus, vel tempus non sint expressa, neque subiecta materia aliud suadat, concessa gratia porrigitur ad omne tempus, & omne territorium concedentis; ut si obtinuerit privilegium legibus hereticis, predicandi Evangelium in omni Ecclesia &c, immo si gratia tollit foliam inhabilitatem, vel concedit alium nullo modo iure loci prohibitum, licetus est usus illius etiam extra territorium concedentis, ut ubique legere libros hereticos, celebrare ante auroram &c.

10. *R. 2. Privilegiatus non tenetur uti privilegio privato*, c. 6. b. t. quia favor suo renunciare potest, nisi ut scientiam accepit privilegium obtinendi plura beneficia, vel legendi libros hereticorum, non potest hoc privilegium extendere ad personam non expressam, quia habet eadem metita, & eadem scientiam: & qui propter urgens studium accepit privilegium non recitandi brevia, nequit illud extendere ad omnissimum mense die festivo &c. Ex his explicitur l. 12. ff. de LL. 1. 8. ff. de Senator. l. 1. C. de dignitatib. c. 27. de decimis, c. 13. qui filii legit. in fin. pr. quod in majori conceduntur, licet esse videatur, & in minori c. 11. b. t. in 6. &c.

11. *R. 3. In concilio duorum privilegiatorum discrimen faciendum est*: & quidem 1. Si privilegia sint *æqua*, sibi non opposita, privilegiatus utitur privilegio adversi, privilegiatum; quia quodcumque effectum non censetur privilegiatus. Sic Ecclesia, vel minor leuis restituit contra Ecclesiam, vel minori leidentem; quia non leidentibus, sed leuis restituto promulgata est. 2. Si privilegia sint *respectiva*, & circa idem sibi opposta, speciale prævalit generali; quia species derogat genera ex reg. 34. in 6. Si verotumque sit que sequitur, vel sequit speciale, id prævalebit, quod est fortius hoc est, antiquius, vel a maiori potestate concessum, v.g. Dominicanus Ordo habet privilegium, ne alias Ordo monasteriorum prævalere possit intra certum spatium, alter vero Ordo habet privilegium edificandi, hic prævalerebunt privilegia, quod est specialius, vel antiquius, si ambo sint æqua species. 3. Si privilegia tantum apparente habent contrarietatem, prævalent magis ab solutum; alterum vero quasi tacite conditum cedit ei. Sic Ecclesia privilegiata a solvendis decimis prævalit alteri Ecclesiæ privilegiatæ exigendas decimas ab omnibus Ecclesiis; quia in hoc secundo privilegio tacita ineft conditio: *ab omnibus, si non sunt exempta a solvendis decimis*. 4. Si privilegium ab ipso jure prælationem habet, prævalere alteri: sic enim filius famam, non uitare SCti Macedoniano contra minorum, a quo mutuam pecuniam accepit; quia maior est privilegium *atatis*, quam SCti l. 11. §. fin. ff. de minor. Item inter duos maiores certantes de domino vitando, vel de lucro capiendo, potior est conditio possidentis, & consumensis, ut dixi l. 1. tit. 41. n. 5. ex his facile conciliabis illud titulum: *Prælegiatus non potest nisi privilegio adversus privilegiatum*.

12. *Q. V. Quomodo licet nisi privilegio per viam interpretationis?* R. 1. Non pro arbitrio, sed secundum regulas communiter a DD. receptas, quas dedit

E. Remigii a S. Erasmo, Pars II.

iii. de Conf. a n. 39. ut verba privilegii, quantum materia patitur, proprie, & generaliter, prouisoriant, intelligantur: privilegia odiosa, seu adverta juri communis, aut juri quoquo tertii refringantur: mere autem favorabilia, tanquam beneficium principis latissime interpretentur &c. personam ad personam reali etiam ad successores rei portantur. In dubio privilegium favorable censetur reale, uti & conventionale ex pacto, cuius naturam sequitur: at privilegium prejudicis censetur personale, uti etiam remuneratorium; licet hoc frequenter sit reale; quia merita antecessorum profundunt etiam successorum.

13. *R. 2. Privilegia admittunt interpretationem comprehensivam, non vero mere extensivam, obpartitam, aut majoritatem rationis: ita comm. contra Sa., documenta privilegia extendi ad causas similes; & contra Sanchez, qui talem extensionem admittit in favorabilibus, faltem in pro causa omiso expressa sit causa confessionis. Ratio 1. Quia interpretationem comprehensiva detegit causam, aut personam; quia quidem in privilegio non exprimitur, virtualiter tamen, & implicite continetur, quatenus causis iste, aut persona in mente legislatoris, seu principis privilegiantis fuit comprehensa. Et hic valet illud bocardicon: ubi est eadem ratio, eadem est iuris, aut privilegii dispositio. Unde privilegium de non evocenda frumento, comprehensive intelligitur de non evocenda farina: privilegium filiorum, fratrum, virorum Regularium commune est filiabus, fororibus, Monialibus; dummodo materiam sit eis accommodata &c. 2. Pars sumitur ex c. 9. b. t. ubi summariam ita concipitur: *Privilegium uni concessum, non potest ad alium extendi proper identitatem rationis*, & l. 14. 15. ff. de LL. & L. 1. §. fin. ff. de Conf. princ. ubi JCTi docent privilegia non esse producent in consequencias, aut in exemplum trahenda. Ratio est; quia si privilegii, licet hoc ob rationem detinut, non ostent ex parte sua ratione, sed ex voluntate principis, sicut omnia iura; ergo licet pro causa, vel persona non expressis militet similis, aut major ratio, quam pro expressis, tamen privilegium ad non expressa extendi non debet etiam in favorabilibus. Unde qui propter merita, aut scientiam accepit privilegium obtinendi plura beneficia, vel legendi libros hereticorum, non potest privilegium extendere ad personam non expressam, quia habet eadem metita, & eadem scientiam: & qui propter urgens studium accepit privilegium non recitandi brevia, nequit illud extendere ad omnissimum mense die festivo &c. Ex his explicitur l. 12. ff. de LL. 1. 8. ff. de Senator. l. 1. C. de dignitatib. c. 27. de decimis, c. 13. qui filii legit. in fin. pr. quod in majori conceduntur, licet esse videatur, & in minori c. 11. b. t. in 6. &c.*

14. *Q. VI. Quomodo amittuntur privilegia?* R. Seq. modis: 1. *Inerit subiecti*: & ita privilegium personaliter, perente persona, perit, ex reg. 7. in 6. & penitentia totaliter, perit privilegium reale ei inherenter; ut si defraudeat Ecclesia sine spe redificationis; nisi privilegium inherenter pavimento, vel communis, que alio translata trahit secum privilegium, sicut religioni, vel academici alio translati, c. 2. de relig. domib. Can. 48. & seq. 16. q. 1. 2. *Lapsus temporis*, pro quo data sunt, vel non sunt conditione, cumqua data sunt; ut si religiosus profiteatur aliam religionem; quo casu privilegia prioris Ordinis amittit. 3. *Non usus*, seu *usu contrario* illa tantum privilegia amittuntur, que graviter tertii continent; ut privilegium affirmativum decimandi, & negativum non solvendi decimas: nam si quis legitimo tempore non utatur privilegio, dum eo uti posset, & debet, tacite censetur illi renunciare, illudque submittere prescriptione extinctive, sicut qui non utitur servitio rustica l. 6. pr. ff. de servit. qualiter etiam amittitur jus, seu privilegium numerinarum, utpote onerosum, & sub conditione usus concessum, l. 1. ff. de nudinib. Si amissio privilegii fit per tacitam renunciationem, tantum tempus requiritur, quantum sufficit ad faciendam presumptionem, quod quis privilegium se abdicaverit; si vero fit per prescriptionem, servanda sunt tempora, & requirita prescriptionem. At contra privilegium, quo datur mera facultas agendi, vel omittendi, non uti non amittitur; ut privilegium sacrificandi ante auroram, vel post meridiem, non jejunandi, non recitandi horas.

P 4 horas

horas Can. non compendi in choro &c. 4. *Abusu:* quia meretur privilegio privari, qui in illo abutitur vel excedendo fines privilegii, vel summo ex illo occasione liberis peccandi, vel contraprivilegiis finem agendo Can. 7. ubi d. 74. c. 18. de Regul. c. 24. h. 1. &c. Sic beneficiarius ratione fudorum absens, si studi omisso, vagetur, meretur privilegio privati. 5. *Liber renunciatione:* si privilegium continat favorem rem personae; qui juri, & favori suo quilibet renunciare potest ex antiqua reg. 29. C. de patr. o. 6. infra h. 1. Et quidem si renunciatur in gratiam aliorum requiritur coram confusis, & acceptatio: si vero in nullius gratiam renunciatur, requiritur confusis cedentes arg. o. 7. de procr. in 6. secus privilegium durabit, quādū durat voluntas concedentis. At si privilegium continat favorem publicum, privatus ei renunciare nequit ex reg. 1. 38. ff. de patr. sicut clericus nequit renunciare privilegio fori, religiosis privilegio sui Ordinis, c. 12. de for. comp. c. 5. de arb. Prelatus regularis nequit renunciare privilegio utili, & honorifico, si vel unus ex capitulo reclamaret; bene viri privilegio inutili, modo auctor confusis capituli, & renunciatio non colat in prejudicium testi, ut Ecclesia, Sedis apostolice &c. c. 8. de conf. c. 12. de prob. 6. *Cessante causa:* sed hic differunt facientiam eis; & quidem primo, si causa cessat ante actualē concessōnem, nulla sit concessio privilegii deficit voluntas principis, mota a causa finali, qua non exigit. Secundo, si privilegium, stante causa, unico actu perferte, & integrē consummatum est: cessante causa non cessat: quia in conservando non pender a tali causa, & locus est reg. 73. in 6. *falsum legitimē, retrahit non debet, licet causas postea evenias, agno non posuit inchoari.* Sit irregularis, qui ex causa paupertatis accepit privilegium, seu dispensacione recipiendo ordinis, & beneficium, licet deinde evadat dives, tamen licet exercet actus ordinis, & retinet beneficium; quia irregularis unico actu sublata est. Vidi dicta l. 4. in fin. tract. de dispers. matr. Tertio, si actus privilegio concessus habeat tractum successivum per dies, mentes, & annos, cessante causa contrarie, ita ut ex actu, seu uti privilegio licito fiat illitus, cessat privilegium, cum hoc super actu illicito dari nequeat. Sic enim cessat privilegium decimandi, si per hoc Ecclesia depauperetur, ut ministris alter non possit, o. 9. de decim. privilegium non residendi, si exstantia ministrorum praesertim curatorum, Ecclesia dannum patiarum, & div. cultus deficiuntur o. pen. de Cler. non resjd. Et generaliter privilegia particularium religiosorum cessant, si incipiunt esse noxia disciplina regulari, ita ut hec commode observari nequeat. arg. c. i. & pen. At si causa privilegii cesset tantum negative, quia non existit, tunc vero privilegium non redditur illitus, non cessat privilegium, semper perfecte datum. Sic ob paupertatem obtinens jus decimandi, potest decimare, licet deinde paupertas cesse. *Quarto:* si causa privilegii non exigit tota summa, sed habet tractum successivum, ea cessante, cessat privilegium, vel saltem suspensus, donec causa redeat: nam tali causa privilegium in conservando pendet a causa; ergo ea cessante, cessat, cum cessante causa, cesset effectus c. 60. de appell. Sic in quadragesima ex causa deficiitatis dispensatus ad eum carnum, vel ad non recitandam horas Can. cessante debilitate, tenetur abstineare a carnis, & recitare horas Canon. quia in tali causa virtutaliter tot summa dispensationes, quod dies. 7. Denique amittuntur privilegium revocatione, vel quadam ratione, vel quadam parte.

15. Q. VII. *Quis, quo modo, & que privilegia revocare possit?* R. 1. Solus princeps, vel eius successor revocare potest privilegia: nam inferior nequit tollere jus superioris. Fit autem revocatione ista, vel expresse, dum princeps per verba aperta privilegium datum afferat, vel tacite, dum ponit actu, seu legem direcke contrariam privilegio, c. 28. de rescript. Porro revocatione per legem universalem non fortuit suum effectum, nisi lex promulgata fuerit solemniter in locis solitis; quia lex non promulgata non obligat: item per clausulam generalem: non obstantibus quibuscumque privilegiis non revocantur privilegia specialibus munera clausulis, ne revocari possint, nisi de illis specialis mentio fiat; cum clausula generalis non contradicit clausulis specialibus. Si autem fiat revocatione specialis

per hominem, tunc primo fortuit suum effectum, cum privilegiato debite intimata fuerit; quia per quas reg. 1. in antiqua. Cetera omnia servantur, sicut in re generali, lex contraria posterior derogat privilegio anteriori clauso in corpore juris communis; quia hoc principes non censeunt ignorare, non vero privilegii extra ius commune vagabundis; quia haec probabilitate ignorat, nisi & horum mentio fiat, cap. 1. de Conf. fit. 6.

16. R. 2. Papa, vel alias principes non potest revocare privilegia ex pacto, seu contractu oneroso concessis, nisi in causa extraordinario ex re gravi, & publica causa: nam principes non potest subfido tollere causam quiescit, nisi vi dominii alti ex gravi, & publica causa; siquidem principes substitui juri naturali, quod dicit: *neminem ladere;* sed per privilegium ex pacto, seu contractu oneroso concessum, subfido titulo justifici haber ius quiescit, ergo. Idem dic de privilegio remuneratorio, ex titulo justifici dato: ac proinde si principes talia privilegia revocet, teneat compensationem facere subfido; quia hic non tenetur ius suum gratis remittere. At privilegium mere gravatum, valide quidem revocatur absque ultra iusta causa, cum totaliter pendas a gratiosa voluntate principis, non tamen honeste, & decenter; quia tali revocatione sapit levitatem, & inconstatiam.

17. R. 3. Tridentinum non revocavit omnia anteriores privilegia Regulatum; ita Sess. 25. cap. 20. in fin. de Regulari, ibi: *in ceteris omnibus prefectorum Ordinum privilegia, & facultates, que ipsorum personas, loca, ac iura concernunt, firma sunt, & illesta.*

